

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Electio f
cum fontibus proximo et primo

Moyses, amicus Dei cui facie ad faciem Dominus locutus est, potuit utique successores principatus filios suos facere et posteris propriam relinquere dignitatem, sed extraneus de alia tribu eligitur Ihesus ut sciremus principatum in populos non sanguini deferendum esse sed uite.

Ac cernimus nunc plurimos honorem beneficium facere ut non querant eos qui possunt ecclesie plus prodesse in ecclesia erigere columpnas

sed quos uel ipsi amant, uel quorum sunt obsequiis deliniti, uel pro quibus maiorum quispiam rogauerit et, ut deteriora taceam, qui ut clerici fierent muneribus impetrarunt.

Ieronymus super illud Titum I.: Et constitues per ciuitates et cetera, et ponitur VIII. questione I. capitulo: Moyses.

Moyses amicus Dei, cui facie ad faciem locutus est Deus, potuit utique successores principatus filios suos facere, et posteris propriam relinquere dignitatem; sed extraneus de alia tribu eligitur Iesus, ut sciremus, principatum in populos non sanguini deferendum esse, sed uitae.

Ac nunc cernimus plurimos hanc rem beneficio facere, ut non querant eos

← in ecclesia columpnas erigere,

→ quos plus cognoscant ecclesiae prodesse,

sed quos uel ipsi amant, uel quorum sunt obsequiis deliniti, uel pro quibus maiorum quispiam rogauerit, et (ut deteriora taceam)

qui ut clerici fierent muneribus impetrarunt.

Gratianus, *Decretum*, 2.8.1.6 (*Corpus iuris canonici* 1, A. Friedberg ed., col.591).

Moyses, amicus Dei, cui facie ad faciem Deus locutus est, potuit utique successores principatus filios suos facere et posteris propriam relinquere dignitatem; sed extraneus de alia tribu eligitur Iesus, ut sciremus principatum in populos non sanguini deferendum esse, sed uitae.

At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficio facere, ut non quaerant eos

qui possunt ecclesiae plus prodesse in ecclesiae erigere columnas,

sed quos uel ipsi amant, uel quorum sunt obsequiis deliniti, uel pro quibus maiorum quispiam rogauerit et, ut deteriora taceam,

qui ut clerici fierent muneribus impetrarunt.

Hieronymus Stridonensis, *Commentarius in epistulam ad Titum*, 1.5b (CCSL 77C, F. Bucchi ed., pp.13-14, ll.228-238).